



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

XXX. Henricus II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

XXIX. Henricus I.

Henricus paucis bona fecit multa sub annis.

Tenuit Episcopatū annos tres & duos menses. Morte extinctus M. CC. XXIX. IV. Idus Ianuarij. Progenitus ex nobili familia à Zipplingen. De hoc Præsule Vrspergensis in Chronico Anno Domini M. CC. XXVI. Ecclesia Vrspergensis pro ducentis Marcis, quas B. Prapostitus pro liberatione Ecclesie persoluit, ab Alberto de Niunburg redimitur, & fidem Henrici Regis datam in manu bona memoria Henrici de Zupplingen tunc Episcopi Eychstettensis accepit. Interfuit Straubingæ cum plurimis aliis Principibus tam secularibus, quàm Ecclesiasticis, nuptiis, quas Ludouicus Dux, filio suo Othoni splendidissime apparauerat, teste Auentino lib. 7.

XXX. Henricus II. hoc nomine.

Vix fuit Henrico similis virtutis amico.

Oriundus ex nobili familia de Tischingen, sedit annos quinque minus tribus mensibus. Obiit anno M. CC. XXXIV. XI. Kalend. Iulij.

XXXI. Henricus III. hoc nomine.

Henricus siquidem patri successit eidem.

Dictus à Rauensperg. Tenuit cathedram Willibaldinam annis sex. Mortuus M. CC. XXXVII. III. Kalend. Iulij. Quocirca mendum irrepsisse oportet in Chronicam Augustensem, vbi dicitur, Henricus Eystettensis Episcopus interfuisse, quando Vricus I. Lantinentensis Episcopus consecratus est anno salutis M. CC. XXXVIII. Nam hoc anno non Henricus, sed successor eius Eridericus regi Willibaldino iura dabat.

Oo 2

XXXII

to
Iste Henricus consecravit
anno domini 1233. X. Kalend.
Octobris Tempore 5. Martij
Ingolstadt, ut notat Humerus
in Antropoj
Finis libri primi.

DE EPISCOPO EY-
STETTENSIS

LIBER SECVNDVS